

1255

S. Martii  
Jus Martii.

Ex. Ed. Senerance Dreyer.

731.

Alexander papież, kołowi Litw: poleca, ariby koyskiana  
Biskupa, stolicy Apostolskiej, iedyńi potęgkoy, we uszy  
Him usperai.

253

Alexander episcopus servus servorum Dei. Sanctis-  
simo in Christo filio Illustris Regi Lituaniae salutem  
et apostolicam benedictionem. In tua mente ver-  
sari confidimus, quod in divinae Majestatis oculis  
placeas per opera pietatis, maxime cum tibi de-  
inescibili benignitate provenerit, quod ad fidei-  
catholicae provenisti, titulum relicta perfidia pa-  
ganorum. Sum itaque venerabilis frater noster Christianus-  
episcopus Lituaniae ordinis fratrum hospitalis Sancte-  
slaviae Theutoniarum pro eo potissime apud te fa-  
voris benigni gratiam debeat invenire, quia tuis Olympi  
servicium castitit fideliter et pro conversione tua ad noti-  
ciam divini nominis prout accepimus solite labo-  
ravit. Serenitatem tuam affectuose rogandam duxi-  
mus et monendam, in remissionem tibi peccaminum  
injungentes, quatenus eundem episcopum nullo me-  
diante apostolice Sedis subjectum pro divina et nostra  
reuerentia in suis necessitatibus habeas commendatum,  
tum, eumque contra paganorum suam diuersionem un-  
dique impugnantium et aliorum invasorum incur-  
sus ita contra tue jurisdictionis subjectos protegas  
et defendas, quod ipse in executione pastoralis-  
officii possit iuxta votum auctore domino prosperari,  
ac tibi ex inde benedictionis divinae premium  
a nobis condigna proveniant actio gratiarum. —  
Datum Neapoli nonas martii, pontificatus nostri  
anno primo.

1232

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*